BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII.E SIÈCLE

1



THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	Nº:
ALESME (Jean d')	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean)	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean)	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS (Nicolas)	Théologie	4/févr./1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)	Philosophie	22/juil/1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)	Théologie	/8 févr/1652	I	13
BAUDO (Pierre)	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)	Théologie	28 mai 1664	I	15 ,et
			I	15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)	Théologie	10 juill.1659	I	16 ,et
			I	16bis.
BEGON (Scipion)	Théologie	/6 déc./1669	I	17
BELLOCIER (Charles)	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles)	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE (François de)	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)	Théologie	/23/févr.1631	I	24 ,et
			I	24bis.
BLOVET DE CAMILLY (Pierre-François)	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean)	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien)	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION (Anianus de)	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)	Philosophie	5 juill.1665	I	30
BOUCHER (Joseph)	Théologie	/4/janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de)	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François)	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)	Philosophie	31 juil.1661	I	38 ,et
			I	38bis.
BRIDIEU LINIERES (Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	24 oct. 1661	I	41 ,et
			I	41bis.
BRUNO (F.Didier)	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de)	Théologie	...mars 1662	I	44 ,et
			I	44bis.
BUTILIER (Edouard)	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)	Théologie	/5 mai/ 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement)	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)	Théologie	26 janvier 1664	I	56
CHAPELLAIN (César)	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas)	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéric)	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)	Théologie	/12/jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)	Droit canon	30 août 1658	I	63 ,et
			I	63bis.
CHESNEL (Louis)	Théologie	27 oct. 1662	I	64 ,et
			I	64bis.
CHOMEL (Claude)	Philosophie	/30/août1654	I	65 ;et
			I	65bis.
CLEMENT (Claude)	Théologie	/27/août1664	I	66
CLEMENT (Claude)	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel).....Droit	20 mars 1666	I	69 ,et
		I	69bis.
COMMINGE (Pierre).....Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien).....Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE(Guillaume-Edmond de).Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François).....Philosophie	13 août 1662	I	73 ,et
		I	73bis.
COUREAU DE PRESSIAT(René)..Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François).....Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas).....Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas).....Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean).....Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Laurent)....Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée).....Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume).....Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHAUS (Jacques).....Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard).....Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre).....Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel).....Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion).Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)...Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis).....Philosophie	29 juin 1665	I	89 ,et
		I	89bis.
DES HAYS DU FOSSARD(Louis).Philosophie	25 juil.1662	I	88 ,et
		I	88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis).Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude).....Théologie	/11/fév.1653	I	91
DIROYS (François).....Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François).Théologie	/11/jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles)et GAZON (Simon).....Théologie	../avr/ 1657	I	94
DU FOUR (Pierre).....Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre).....Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER(Charles).Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')...Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre).....Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André).....Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas).....Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe).....Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles).....Philosophie	11 sept.1661	I	103,et)
		I	103bis)
		I	103ter)
FORCEDEBRAS(Charles).....Théologie	15 mai 1656	I	104,et)
		I	104 bis)
FOUCQUET (Yvon).....Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT(Charles).....Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine).....Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme).....Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure).....Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien).....Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel).....Philosophie	21 juil.1667	I	111

GODET (Pierre).....Philosophie	25 juil.1660	I.	112 ,et
		I	112bis.
GODET DES MARAIS(Paul de)..Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond).....Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques).....Philosophie	9 juillet1656	I	115
GOYET DE BECHEREL(François)Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain).....Théologie	/27/fév.1662	I	117
GUENON (François).....Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne).....Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André).....Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François).....Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis).....Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien).....Philosophie	19 août 1659	I	123 ,et
		I	123bis.
HACTE (Nicolas).....Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André).....Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean).....Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean).....Médecine	 1646	I	127 ,et
		I	127bis.
HARLE (Jean-Baptiste).....Philosophie	1er août1661	I	128
HEDERMAN (Donat).....Philosophie	7 juin 1664	I	129 ,et
		I	129bis.
HENNEQUIN (François-Louis).Philosophie	9 juill.1658	I	130 ,et
		I	130bis.
HOULLIER (Etienne).....Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES(Joseph d')..Philosophie	26 juin/.?./	I	132
JAPPIN (Jean-François).....Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François).....Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre).....Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean).....Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior).....Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas).....Philosophie	9 juill.1662	I	138 ,et)
		I	138bis)
		I	138ter)
JOUVIN (Jacques-François)..Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François).....Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean).....Théologie	23 oct. 1659	I	143,et)
		I	143bis)
		I	143ter)
LAFFEMAS (Laurent de).....Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de).....Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean) .....Théologie	1er juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de).Philosophie	2 août 1654	I	146 ,et
		I	146bis.
LAMY (Jean).....Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean).....Théologie	5 mai 1658	I	148 ,et
		I	148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)...Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de).....Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de).....Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François).....Philosophie	13 févr.1665	I	150



INTER omnia legis nouæ Sacramenta, primum est baptismus; huius autem Sacramenti communis ac vulgata est materia remota & essentialis aqua scilicet simplex & elementaris, sed materiæ proximæ rationem habet facta ex hac aqua, siue per infusionem, siue per aspersionem, vel etiam per immersionem ablutio nec refert vtrum post immersionem sequatur emersio an non. Forma vero hæc vtilis est quâ Latina vtitur Ecclesia, sufficiens, quâ Græca vt pote quæ sanctissimæ Trinitatis inuocationem exprimat: cuius quidem inuocationis necessitatem ex scripturis sacris & ipsa traditione euidenter colligimus; quanquam in solo Christi nomine ex ipsius dispensatione baptisasse Apostoli enarrantur. Tanta est regenerationis per baptismum necessitas tam infantibus quàm adultis; vt peruenire nequeat ad salutem nisi salutaribus aquis renascatur quisquis peccati hæres antiquæ mortis contagium in Adamo contraxit: quicumque tamen pro Christi confessione moriuntur his tantum valet martyrium ad peccata dimittenda, quantum si sacro Baptismatis fonte abluerentur, horum numero Ecclesia infantes illos in Saluatoris odium occisos adscripsit, quorum ætas nondum habilis ad pugnam idonea extitit ad coronam; verùm & lachrymis quæ sunt animæ sanguis, sordes eluuntur & quod ex Baptismo deerat vera & sincera cordis conuersione ad Deum potest suppleri, quæ siquidem in necessitate prorsus ineuitabili Baptismi votum habeat. Nullus mundus à sorde nequidem infans cuius vnius diei est vita super terram; ideò subiectum baptismatis idoneum quilibet esse potest, infans & adultus; ne tamen reclamantibus infidelium parentibus, nisi in extrema vitæ periodo constitutis paruulis, hoc Sacramentum conferas.

SICVT propter necessitatem huius Sacramenti materia cuilibet facilè obuia à Christo præscripta est, ita & qui in procliui esset minister constitutus est: ipsum enim validè conferre potest quilibet, nec refert si sit Christianus, Iudæus an Ethnicus, vir an mulier, Sacerdos an laïcus si necessitatis ratio compellat: tunc enim audacia succurrentis excipitur cum vrget circunstantia periclitantis: si tamen sine vrgente necessitate à quocumque occurrente fiat, illicitum erit, quemadmodum etsi citra ordinarij ministri, Episcopi videlicet aut Parochi veniam celebretur. Porrò ablutionis Sacramentalis solemniter peragendæ minister solus esse potest Sacerdos aut Diaconus. Habitualis saltem in adulto sacram ablutionem suscipiente intentio necessariò requiritur, in quo & fides, sicut contritio saltem imperfecta tanquam dispositio necessaria postulatur: vt hac ratione per virtutem tanti Sacramenti & originalis labes & peccata actualia siue mortalia siue venialia non solùm tegantur sed deleantur atque pœnæ cuiuscumque temporalis aut æternæ subeundæ debitum ac reatus tollatur suscepto fictè Baptismate & per fictionem eius effectui gratiæ videlicet & peccatorum remissioni obice appositio non est censendum inutile Sacramentum; cum eius fructus deposita fictione redeat illaque sublata vel per pœnitentiam vel per contritionem conferatur vi susceptæ baptismatis gratiæ per se tum maculæ originalis deletiua, cùm etiam peccatorum ante baptisma commissorum tam quoad culpam quàm quoad pœnam remissio.

AT verò quemadmodum salutifero Baptismi lauacro à morte ad vitam, à Satanâ ad Christi castra traducimur: ita quò aduersùs illius impetus fortiùs dimicemus in Confirmationis Sacramento sacro chrismate inungimur. Extorris est in Ecclesia Dei & eiusdem adeo expungendus qui ipsam aliorum Sacramentorum numero expungit. Est siquidem illa Sacramentum nouæ legis à Christo Domino institutum sine quo potest quidem baptisatus salutem, sed non plenissimam consequi sanctificationem. Huius materia est Chrisma, quo confirmati liniuntur in fronte: licèt sola impositione manuum Apostoli Sacramentum hoc contulisse memorentur. Eiusdem forma solemnis ac vulgata hæc est: *Ego consigno te signo Crucis & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris &c.* An verò Græcorum forma vtilis sit necne, quia nondum ab Ecclesia definitum nec ipse volo aut debeo certo definire. Confirmationis ordinarius minister est Episcopus, quamuis ex dispensatione in casu necessitatis summus Pontifex huius administrandæ veniam simplicibus Presbyteris concedere possit. Hoc Sacramentum quilibet baptizatus suscipere potest licet non sine graui causa, hoc non nisi vsu rationis capacibus Ecclesia pro jure suo concesserit.

AQVA salutari per Baptismum regeneratis & per Confirmationem roboratis diuinum restabat alimentum quo cœlestis vita foueretur. Illud autem Christus nobis præparauit, dum ex hoc mundo discessurus sui ergà nos amoris diuitias velut effundens Eucharistiæ Sacramentum instituit multis anteà figuris in antiqua lege præsignatum. Illud autem instituit dum iuxta legis præceptum immolari & comedi debuit Agnus Paschalis: Christus enim legalem cœnam perfecit pridiè quàm pateretur, & reliquit nobis pignus sui amoris, sui corporis & sanguinis Sacramentum instituendo: neque tamen cum Græcis dixeris illum tempus à lege definitum prævenisse, idque muneris obijsse lunâ decimâ tertiâ primi mensis, cum ipse vt legem obseruaret die decima quarta suum Pascha celebrarit, non, vt quidam contendunt, ad primam vesperam quo tempore malè existimant primum Pascha celebrarum fuisse à Iudæis in Ægypto, sed ad vltimam vesperam & immediatè præcedentem diem primam azymorum, licet non diffitear, iuxta traditionem & consuetudinem suæ gentis & Synagogæ, eodem anno Iudæos transtulisse suum Pascha ad vesperam diei decimæ quintæ & festum primum azimorum in Sabbatum seu in decimam sextam diem remisisse. Illud Sacramentum in duplici statu spectari potest in fieri videlicet, & in facto esse; posteriori modo Sacramentum est & in actu primo practicum gratiæ, continensque ipsum gratiæ authorem, & resultans ex corpore Christi sub speciebus panis ciusque sanguine sub vini speciebus.

EVCHARISTIÆ Sacramentum non in verbis consecratorijs positum est aut in vsu, sed in re permanenti licet in suo fieri requirat verba tanquam formam, & panem & vinum tanquam materiam, ex qua fit & circa quam operatur. Panis non quicumque sed simpliciter ac propriè dictus, isque ex farina triticea & aqua naturali conflatus ac igne coctus per quandam assationem, est materia ex qua & sub cujus accidentibus fit præsens Christi corpus, cuius materiæ quantitatem limitare non possumus, cum Sacerdos possit consecrare omnem, quam intenderit modò sit sufficienter præsens: vinum verò, quod est materia calicis consecrandi, est vinum de vite, illudque ex vuis maturis expressum, quod potest esse mustum atque etiam congelatum, saltem pro validitate consecrationis: cui vino modicum aquæ admiscendum est; quam quidem mixtionem nullus liberam verè affirmauerit, cum non ad exemplum Christi modo; verùm & ad eius præceptum implendum plurimaque arcana mysteria significanda vsurpetur; absque ea nihilominus Sacramentum confici posse contendo. Pani consecrando illa forma correspondet essentialiter & necessariò requisita: *Hoc est corpus meum*, & vino ista, *Hic est Calix sanguinis mei*, adeò vt cætera omnia verba vel antecedentia vel subsequentia, imò & particula, *enim*, non sint de necessitate Sacramenti. Huiusmodi autem propositiones pronunciari possunt, & iuxta ordinem canonis pronunciantur historicè & recitatiuè, verùm debent à Sacerdote proferri significatiue & formaliter, vt sic per significationem vi verborum reddantur Christi corpus & sanguis, præsens & sic contineant veritatem practicam & speculatiuam quæ in illis pro certo reperitur.

IN hoc Eucharistiæ Sacramento vi consecrationis fit conuersio, quæ transubstantiatio proprie appellatur; eò quod in illa desinat tota substantia panis & vini, & remanentibus solis accidentibus, succedant Christi corpus & sanguis: Christi quidem corpus vi verborum sub speciebus panis & sanguis sub speciebus vini, quamuis cætera omnia ad Christum pertinentia reperiantur in illo Sacramento, exceptâ tamen quantitate exteriori, id est, extensione locali atque impenetrabilitate. In hoc mysterio Christi corpus totum sub singulis specierum partibus tam ante, quàm post diuisionem existit, seu toties existit Christus, quot sunt partes specierum sub quibus assignari possit existens substantia panis & vini. Facessant igitur qui asserunt in Sacramento altaris remanere substantiam panis & vini? apage qui desitionem materiæ conseruatâ formâ panis & vini astruunt? apage demum qui negant desinere totam substantiam panis & vini & in eius locum succedere Christi corpus & sanguinem. Hæc est enim fides Catholica, desinente pane non per veram annihilationem, sed per quandam singularem desitionem corpus & sanguinem Christi substitui sub speciebus: quibuscum etsi non vniatur Christi corpus realiter, tamen ad motum earum mouetur localiter quatenus in illis tanquam in continente residens est & sub illis latens: adeò vt ibi videri non possit naturaliter per oculum corporeum, quamuis varijs modis apparitiones carnis aut sanguinis factæ, vel possibiles facile possint explicari: sed corruptis tandem illis accidentibus incipit abesse Christi corpus & reproduci materia prima in quam introducuntur formæ, quas experientia docet generari post alterationem factam in speciebus Sacramenti altaris.

ISTVD Eucharistiæ Sacramentum peccata mortalia per se non delet: sed nequidem per accidens hæc ipsa expiare conuenit: nec proinde confert primam gratiam sanctificantem, sicque in homine qui necessariò debet esse baptizatus ad istius Sacramenti effectum percipiendum requiritur status gratiæ sanctificantis, adeò vt peccet mortaliter qui ad Eucharistiam accesserit cum conscientia peccati mortalis imò, non præmissa confessione Sacramentali, per quam & non solùm per contritionem obtineri debeat remissio peccatorum mortalium ante sacram communionem, nisi & communicandi adsit necessitas, & desit copia confessarij, quo in casu sufficit elicita contritio, quæ tamen relinquit onus confitendi peccata quamprimùm maxime in Sacerdote. Peccata verò venialia præterita non impediunt sumptionem Eucharistiæ: præter has dispositiones ex parte animæ requiritur absolute ex præcepto & consuetudine Ecclesiæ, vt nisi exceptis vel necessitatibus vel infirmitatibus homo ieiunus Christi corpus recipiat. Huius Sacramenti suscipiendi Sacramentaliter & fructuose subiectum capax est adultus baptizatus quia pueri vsu rationis carentes ad illud recipiendum minime sunt idonei, sicut & illi qui ab infantia sunt amentes; quod idem dici non debet de adultis vsu rationis præditis & in amentiam incidentibus, qui si ante amentiam mentem suam de eo suscipiendo & erga illud pietatem patefecerint, saltem in articulo mortis, dummodo nullum irreuerentiæ erga tale mysterium appareat periculum sacrâ mensâ eliminari non debent. Quamuis ex se sit bonum & vtile frequenter accedere ad sacram communionem, tamen cauendum est, ne minus prosit ad salutem communio frequens habita ratione dispositionum, quarum iudicium pertinet tum ad peritum confessarium, tum etiam ad personam ad tale mysterium accedentem.

NECESSITAS medij nulla est recipiendi Eucharistiam vel in re vel in voto, quamuis omnes non modò Baptizati, sed etiam infideles teneantur præcepto diuino ad illam certis in casibus recipiendam: quo autem tempore huic præcepto satisfaciendum sit, Christus non determinauit, sed Ecclesiæ hanc potestatem reliquit. Recte iuxta potestatem à Christo acceptam sine Cuiuspiam iniuria subtraxit Ecclesia Eucharistiæ Sacramentum sub vini specie fidelibus laïco modo communicantibus, cum nulla necessitate medij nulloque præcepto teneantur ad vtramque speciem sumendam, imò nec maior fructus ex opere operato recipiatur per susceptionem Sacramenti sub duplici specie quàm sub vna. Institutam in vltimâ cœnâ Eucharistiam sibi ipsi tribuit Christus, vt sic perficeret Sacrificium ineruentum: & dedit cæteris omnibus Apostolis, nequidem excluso Iuda proditori; vt sic ostenderet occultis peccatoribus publice sacram communionem petentibus non denegandam esse. At post hanc cæremoniam per Christum absolutam, relicti sunt Sacerdotes tanquam ministri ab ipso Christo deputati, qui soli possint in Ecclesia offerre Missæ Sacrificium, solique debeant consecratam hostiam ministrare fidelibus; licet quantùm ad hanc administrationem & dispensationem Eucharistiæ substitui possint ex dispensatione Ecclesiæ Diaconi, sicut & aliquando substituti sunt. Digne autem suscipientibus tale mysterium, confert suos effectus sicut & cætera Sacramenta, *Qui sunt fontes aquarum.*

Has Theses, Deo duce, auspice Deiparâ, & Præside S. M. N. MARTINO GRANDIN *Doctore ac Socio Sorbonico, apud eandem Sorbonam Regio Professore, nec non Facultatis Theologiæ Parisiensis Syndico meritissimo, & Collegij d'Inuellæi Primario vigilantissimo, tueri conabitur* F. LAVRENTIVS DE CARDONVILLE *Cadomæus, Beatæ Mariæ de Sto. Andræa Ordinis Cisterciensis Religiosus.*

Die 3. mensis Iulij. Anno Domini 1662. ab octaua ad Vesperam.

APVD BERNARDITAS PARISIENSES.

PRO MAIORE ORDINARIA